

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Disputationes Chirurgicæ Selectæ

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCCLV.

VD18 90538889

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-16577

L.

E P I S T O L A
M E D I C A ,
GEORGII DETHARDING,

A D D D .

L U C . S C H R O E C K I U M .

D E

METHODO SUBVENIENDI SUBMERSIS

P E R L A R Y N G O T O M I A M .

Rostochii 8 Maii anno 1714.

H h h 2

V I R



EPISTOLA
MENOR
GEORGI DE THARRIDGE

EGOCHEGKINUM

СУДОВОЕ ПРАВО СУДИЛИЩА ЗАПОЛНЯЕТСЯ

МЯКОНОДОМЫЕ ЛЯГУШКИ

ПОДОБНО ВОДЯНОМУ

СИЛЫ СИЛЫ



VIR ILLUSTRIS AC MAGNIFICE,

FAUTOR ADMODUM COLENDE.

EA cum Amoris sit indoles, ut occultari ad tempus non vero celari diu possit, quin ignis suppressi instar luculentiori flamma tandem compareat; non miraberis, si meus in *Te Amor*, quem nomen *Tuum Tuusque* favor à multis retro annis genuit & fovit, cancellis privatis, quod hactenus factum, includi se ulterius neget, sed responsiarum loco, quas ultimis *Tuis* die decimo quarto Calendarum Martii ad me datis Schedium hoc epistolicum typis impressum mittam, & quam honorificum, quam proficuum, quam jucundissimum mihi commercium istud litterarium sit, ab omnibus confaci contendam. *Principi tibi medico* quippe si placuero honorum crediderim satis mihi accessisse, quantumvis, quæ *Tua* est animi probitas ac magnitudo, *Tu* neveris tenuitati mære aliquid dare. Opportune certo litteræ tuæ mihi redditæ fuerunt, quando de consultore meditabam, cum quo meditationes meas, de methodo subveniendi submersis per *Laryngotomiam* conferre possem. Ansam talia perpendendi suggesit sectio in cadavere militis præsidarii ante paucas septimanas publice instituta, qui fugam tentans, dum fossam moenia cingentem glacie tunc tectam superare voluit, miser submersus est, & hinc Theatro Anatomico cessit in prædam. Ceu inde nata est occasio plurimis, imprimis his, qui asclepiadeæ arti se dicarunt & aliam nostram decorant, interiora corporis humani curatius inspiciendi; ita mihi peropportunum accidit, ut convincere omnes potuerim, fallacem imo nullam esse illam opinionem, ac si submersi pereant ex aquis illis, quæ sub lucta vel commoratione in undis tam in pulmones ac vel maxime in ventriculum irrepererint, nec ante restituantur, quam aquæ illæ per subversionem ventriculi fuerint iterum exclusæ. Opinio, quæ diu ex merito suo catalogo pseudodoxiæ epidemicæ fuisse inferenda, nisi auctoritas virorum non incelebrium scriptis suis illi accendentium deterruisset alios. Nec enim, multæ cæteroquin fidei, *Platerius*, ad mentem meliorem reducere potuit homines, quantumvis candide scripsit, se in submersorum ventriculis, non semel sed multoties vix quicquam aquæ observasse, & abhinc subjunxerit, non emori submersos, quod aquam affatim & nimium bibant, quamvis vulgo illud credatur. Pariter non levis fuit illatio excellent. D. *Wepperti*, quando incisa aspera arteria caecoris in fluvium præcipitati & suffocati nullam aquam e pulmonibus exprimere potuit, quod concludat in animalibus in undis suffocatis nihil proflus liquoris per laryngen intra asperam arteriam admitti. Et quid clarius dici potuit ac quando celeberrimus *Waldschmidius* teste observ.

153. Anni VI. Dec. II. *Miscell. Med. Phys.* scribit: in submersis ne gut-

H h h 3 tulam

